

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Speculum Quaestionum moralium, in universam  
Aristotelis philosophi summi Ethicen**

**Case, John**

**Francofurtum, 1597**

**VD16 C 1242**

Cap. XII. - An gradus amicitiae rectè aßsignentur? [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](#)

§37 SPECVLI MORALIVM

domesticis in texu: ergo distinctio tradita minus ap-  
positè videtur assignari.

Resp.

Ratio non sequitur, quia in illa comparatione di-  
excellentia beneficiorum in omni statu disputatur.

CAP. XII.

An gradus amicitiae rectè assignantur?  
An paterna amicitia erga filium sit maior  
quam filij erga patrem?

Amicitia  
quævis gra-  
dus quoddam  
habet.

Amicitiae  
naturalis  
quatuor  
gradus.

GRADVS quidam sunt amicitiae, si-  
gue à naturæ ytero sit parta, siue tem-  
poris successione sit confirmata. Inter  
species amicitiae, quæ vi naturæ coales-  
cunt, prima est patris in filium, secunda  
viri in vxorem, tertia fratrum inter se,  
quarta cognatorum & affinium, qui ab  
eadem stirpe quasi palmaires ab una radi-  
ce enascuntur. In primo gradu pater plus  
filium diligit, quam filius patrem: hoc  
probatur à causa, quia pater dat esse filio,  
est enim filius pars quædam patris; ab ef-  
fectu, quia pater nutritionem, educatio-  
nem, scientiam filio cōcedit; à subiecto,  
quia est excellentior persona; à tempore,

quia

quia prius & diuturni<sup>9</sup> amat à fine, quia  
cò diligit pater quò filium beatū efficiat.  
De amore matris (qui hoc loco obiter ab  
Arist. attingitur) in octavo capite satis di-  
ximus. Sequitur ut de alijs remotiorib. a-  
micitiæ gradibus nunc disputemus. inter  
quos primus est sociorum, secundus ho-  
spitalium, tertius ciuium, quartus simul  
educatorum, quintus benè merentium.  
In primo gradu equalitas, in secundo be-  
neficentia, in tertio æquitas, in quarto  
morum similitudo, in postremo gratia  
nimi officium amicitiam parit. Socij e-  
nim æquales, hospitalis benefici, ciues iu-  
sti, simul educati vitâ & moribus similes,  
benè merentes gratosi esse debent. Huc  
addi possunt multi alij gradus amicitia-  
rum: quot enim sunt hominum inter se  
nexus & societas, tot gradus speciesq;  
imperfeçtæ amicitiæ constitui & assigna-  
ri possunt: quos quidem si per hoc quasi  
exemplar feceris, vitam tuâ in omni lo-  
co omniumq; congressu hominum re-  
ctius institueris.

Remotiores  
amicitiæ  
gradus  
quinque.

## Distinctio prime quæstionis.

Natu- rales, vnde a- micitia	Patris & filij, Viri & Vxo- ris, Fratrum, Cognatorū,	Quæ sanguinū coniunctionem vinculūque spe- ctat.
Gradi- us a- mici- tiae sunt vel	Propinquorū, Conciuum, Sociorum, Hospitalium, Bene meritiū, & aliorum vt simul nauigā- tiū, simul mi- litantiū, &c.	Quæ ciuilē pa- cem & comu- nem reipubli- cæ quietem respicit.

Distinctio secundæ quæstionis satis  
liquidò in suppositione  
constat.

Opp.

Omnis a-  
micitiae gra-  
dus ad enu-  
meratos ab  
Arist. reuo-  
cari pos-  
funt.

Ridicula videtur ista tot graduum enumeratio: ergo  
hallucinantur Arist. Antecedens præbatur, quia hinc  
sexcta amicitiae genera oriri possunt, vnde confusio se-  
queretur.

Resp.

Primarios omnes gradus amicitiae enumerat Arist.  
vt rectius sciamus in omni societate vitam secundum  
normam amicitiae instituere. Quare et si alijs multi gra-  
dus oriantur si singulas hominum actiones species, o-  
mnes tamen ad hac cap. reuegentur.

Opp.

## Opp. contra secundam quæstionem.

Pater est melius obiectum amicitia quam filius: ergo pater à filio magis diligenter debet: præterea filius plura beneficia à patre recipit: ergo eum magis patrem amare oportet.

Resp.

Ratio non sequitur, quia quodlibet obiectum, quod est melius, non à quolibet magis diligendi debet, sed ab illo solum qui tenetur rationis lege diligere, sed rectaratio non respicit obligationem solum, qui à tenetur filius amare patrem, sed etiam naturam filij quæ ab hoc officio impeditur.

CAP. XIII.

*An querela & criminationes in vera amicitia fiant?*

CERTATIM in vera ac præstanti amicitia contenditur, uter amicorum (qui in duobus corporibus unam quasi mentem habent) alterum magis ac vehementius diligenter. Hic amor constans non levius, iudicio confirmatus non affectu vacillans, virtutis non voleptatis aut quæstus causa suscepitus, pacem sine bello perpetuam utriusq; sympathiam sine villa discordia nutrit. Amici nq; vere

Nullæ rixæ  
inter veros  
amicos ori-  
untur.

OO 2 sunt